UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lamentationes Obscurorum virorum. non prohibite per sedem Apostolicam

Gratius, Ortwin

Colonie, 1518

VD16 G 2925

Apollo delphicus. Doctori Gryllo obscuro[rum] virorum preceptori. S. p. d.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34628

Visual Library

¶ Apollo delphicus. Doctori Gryllo obſcuroꝝ virorum preceptori. S.p.d.

Habeo diſcipulos quoſdã tue cõmiſſos fidei. quos niſi meliorẽ docueris diſciplinã. muſas proculdubio ꝯſtuprabunt. ꝗ mihi die noctuqꝫ ꝯiũctiſſime ſunt. Ualde enĩ illos timeo nõ ꝑpter eorum probitatem. ſed nequicias ſolum. Audaces ſunt. temerarij quoqꝫ ⁊ impudentes. nihilqꝫ apud eos loci virtus habet Uide ne vulgare illud puerbiuꝫ populus ingeminet. Qualis magiſter. tales ⁊ diſcipuli eius. Caue montem aſcendant pernaſum. ne nouam ibi ſomnient hereſim. nouamqꝫ excudant blaſphemiã. Si in ſacratiſſimas ſedis apoſtolice indulgentias cacare audent. nulli dubium. quin ⁊ heliconem mihi ac muſis ſacruꝫ. ⁊ ex quo bibere ſuꝫ ſolitꝰ ſuis ꝯuicioꝝ ſtercoribꝰ coinq̃nabũt. Si nõ hꝫ alios ſui defenſores Capnion meus. ſuũ oculare ſpeculuꝫ cõburaꝛ neceſſe eſt Quapropter ſi carnificũ tibi virge non ſufficiunt. ferreas cape. et quibus apud inferos cacodemones vtũtur. vt eorum viſcera duris torqueantur verberibꝰ. Deinde cimmerios petant. iuxta baias in cauernis plutonem adorantes. Quod ſi illis diſplicuerit. vltra Sauromathas fugiãt. aut in Caſpijs montibꝰ cũ Gog ⁊ Magog perpetuo exulent. ne ſtudijs cõmunibꝰ obeſſe videãtur. Digni enĩ ſunt ſcalis gemonijs. qui ſub obſcuro ſuorum nominũ velamine. omnia diuina atqꝫ humana confundũt. Que ſi inualuerit maloꝝ licentia. nemo ſub ſole principũ ab impudẽtibꝰ lenonũ cõuitijs liber erit. Si poete ſunt. peſſimi profecto ſunt. nec diuino quidẽ ſed diabolico furore pleni. Precipimus itaqꝫ bonis omĩbꝰ ⁊ veris potiſſimũ poetis. vt tam maleuolum genus hominũ perpetuo deteſtentur. Uale. Ex monte pernaſo. et doctorem braetſpis meis verbis plurimum ſalutato.

Τελοσ.